

**Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Feria sexta.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55294)

**R**Ogam vs etiam te Domine, pro animabus fidelium defunctorum: ut sit illis salus æterna, ac perpetua sanitas, gaudium, & refrigerium sempiternum. Hoc magnum pietatis sacramentum; Domine Deus meus, sit illis hodie magnum, & plenum gaudium de te pane viuo, & vero, qui de cælo descendisti, & das vitam mundo, de carne sancta, & benedicta, agni, videlicet immaculati, qui tollit peccata mundi. Et potari de fonte pietatis tuæ, qui per lanceam militis de latere tuo emanauit: ut consolati exultent in laude, & gloria tua sancta. Pe-

to

to clementiam tuam , vt de-  
scendat super hunc panem , &  
calicem plenitudo tuæ di-  
nitatis. Descendat etiam Do-  
mine illa Spiritus sancti tui in-  
visibilis forma, incomprehen-  
sibilisq; maiestas , sicut quon-  
dam in Patrum hostias descē-  
debat , quæ & oblationes no-  
stras, corpus, & sanguinem tu-  
um efficiar , & me indignum  
sacerdotem tuum doceat: tan-  
tum tractare mysterium : ita  
vt placidè, & benignè suscipias  
sacrificium de manibus meis  
ad salutem omnium , tam vi-  
uorum, quam defunctorum.  
Rogo te Domine per ipsum  
sacrosanctum , & uiuiscenti my-  
sterium corporis , & sanguinis  
tui , quo quotidiè , in Ecclesia.

*tua.*

tua pascimur, & potamur: ab-  
luimur, & sanctificamur: atq;  
vnius tuæ, summaeque diui-  
nitatis participes efficiamur: da  
mihi virtutes sanctas, quibus  
repletus, bona conscientia ad  
altare tuum accedam: ita ut  
hæc cælestia sacramenta effi-  
ciantur mihi salus, & vita. Tu  
enim dixisti ore tuo sancto, &  
benedicto: Panis, quem ego  
dabo, caro mea est pro mundi  
vita. Et: Qui manducat me,  
viuet propter me, ipse manet  
in me, & ego in eo: Ego sum  
panis viuus, qui de cœlo de-  
scendi. Si quis manducauerit  
ex hoc pane, viuer in æter-  
num.